Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31275
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Domini et terra et plenitudo eius orbis terrarum et omnes
qui habitant in eo. Gla. et vov. ac
Col. Deus qui nos redempcionis nostre annua expectacione letificas. Presta ut unigenitum tuum quem redemptorem letanter suscipimus venientem quoque iudicem securi iudicare mereamur. Dominum nostrum.

Lectio Ysaie

Hec dicit dominus. Dicite filie Sion nolite timere. Ecce ego
ipse. Ecce iam venit salvator eius. Ecce merces eius cum eo et opus illius coram illo. Et vocabunt eos populus sanctus redemptos domini. Tu autem quesita es civitas non derelicta. Ego ponam te in superbiam seculorum gaudium omnis generationis. Lactaberis divitias gentium et in regnum regum nutrieris. Et scies quia ego dominus salvator tuus et redemptor tuus fortis Jacob. Ad Romanos.

Paulus servus ihu xpi vocatus apostolus segregatus in evangelium dei. Quod ante promisit per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo qui factus est ei ex semine